



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824

§. 35. Monachi Acemetæ Romæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Maronienſis ad Presbyterum, cui Nomen ^{Sæculum VI.}
Thomas, data. Hoc Colloquium anno ^{A.C. 533.}
532. habitum creditur.

§. XXXV.

Monachi Acemetæ Romæ.

Haud multo exinde elapſo tempore Ju- ^{Lib. bref.}
ſtinianus Imperator Romam miſit ^{c. 20.}
eundem Hypacium Archiepiſcopum E-
phelinum & Demetrium Episcopum Phi-
lippenſem conſulturos Papam & Sanctam
Sedem contra Cyrum & Eulogium Mo-
naſterii Acemetarum delegatos, qui iter
jam Romam præceperant. Hi conten-
debant, dici non poſſe, S. Virginem Ma-
riam vere & proprie eſſe Dei Genitri-
cem, neque unum de Trinitate Carnem
aſſumſiſſe. Episcopos ab Imperatore miſſi ^{Lib. Pontif.}
Eccleſiæ S. Petri Cæſarea dona, vas au- ^{in Joan.}
reum Librarum quinque, gemmis reful-
gens, duos Calices argenteos Librarum
ſex ſingulos, quinque alios librarum
quindecim, & quatuor vela auro intex-
to pretioſiſſima obtulerunt.

Inter hæc Imperator Edictum publi-
cæ Lucis fecit ad Populum Constantino-
politanum directum, in quo Fidem ſuam ^{L. 6. Cod. de}
de Trinitate & Incarnatione profitetur, ^{S. Trinit.}
atque nominatim Neſtorium, Eutychem
& Apollinarem anathematizat. Huic
Edicto decima quinta Martii 533. Ju-
ſtiniano tertio Conſulatum gerente dato
Pa-

Sæculum VI. Patriarcha Constantinopolitanus omnes
A. C. 533. que Episcopi & Abbates tunc temporis

L. 7. Cod.

in illa Civitate præsentibus subscripserunt, quod deinde Ephesum, Cæsaream in Cappadocia, Cyzicum, Amidam, Trapezuntum, Jerosolymam, Apameam, Justinianopolim, Theopolim id est Antiochiam, Sebaitem, Tarsum, & Ancyram, quæ omnes Civitates Metropolitanæ erant, transmissum. Elapsis postea undecim diebus Imperator aliam Constitutionem edidit ad Patriarcham Epiphanium directam, in qua mentionem facit Edicti præcedentis, & Epistolæ datæ ad Papam, quem omnium Episcoporum Caput vocat, & fatetur, quotiescunque Hæreses in Oriente natæ fuissent, Sacræ Sedis Judicio fuisse compressas. (*) Errorem etiam Monachorum Acemetarum refert sicut in Epistola ad Papam, eique Fidei Confessionem in Edicto suo contentam opponit.

Sub idem tempus occasione Delegationis Monachorum Acemetensium factum creditur, ut Anatolius Ecclesiæ Romanæ Diaconus Ferrandum Diaconum Ecclesiæ Carthaginensis & S. Fulgentii Discipulum super hac Propositione: *Unus de Trinitate passus est*, consuleret.

(*) Protestantes nihil afferre possunt, quod ejusmodi Testimonia infringeret.

leret. Ferrandus eam approbat, si modo prius Fides de Trinitate & Incarnatione accurate explicetur, ne Pater aut Spiritus S. illa Persona esse, quæ passa est, videatur. Vult etiam Ferrandus, ut huic Propositioni adjiciatur, vel saltem mente concipiatur, passum fuisse in Carne. De eadem Materia & in eundem sensum Severo Scholastico id est Causidico Constantinopolitano scripsit. *Interroga, inquit, præprimis Papam. Interroga etiam alios in diversis Mundi partibus Episcopos, quos Doctrinæ fama celebres reddidit.*

§. XXXVI.

S. Fulgentii Opera ultima.

Dubium non est, quin Anatolius ipsum Magistrum S. Fulgentium consulturus fuisset, nisi ille prima die hujus anni 533. ad æterna fuisset translatus. Is post secundum Exilium, & Reditum ad Ecclesiam suam plura adhucdum opera scripsit, atque inter alia decem Libros adversus aliquem Arianum notissimum, nomine Fabianum, qui habitum cum S. Fulgentio Colloquium postea adulteratum in vulgus ediderat. De hoc opere nihil nisi fragmenta nobis supersunt. Eodem tempore scripsit adversus Fastidiosum, qui, cum esset Monachus & Presbyter Catholicus, ad Arianam pravitam

Sæculum VI.
A. C. 533.*Ferr. Ep. ad
Anatol.**vit. S. Fulg.
c. 28. n. 60.**p. 577.**p. 340.*

vita-